

## 23.

*Kurfürst Friedrich und Herzog Wilhelm von Sachsen sowie Bischof Johannes von Merseburg treffen mehrere Veränderungen in der Universitätsverfassung.* **Leipzig, 1438 Febr. 25.**

*Hdschr.: Or. Perg. Archiv der Universität No. 8 mit beschädigtem Reitersiegel an Pergamentstreif. Das bischöfliche Siegel fehlt (A). Abschrift auf Perg. ibid. No. 9 (B).*

*Gedr.: Auszug nebst deutscher Uebersetzung bei Kreussler, Geschichte der Universität Leipzig 60 sq. und Lehms, historische Beschreibung der weltberühmten Universität Leipzig 42 sq. — Zarncke, Statutenbücher der Universität Leipzig 6—9.*

Fridericus dei gratia sacri Romani imperii archimarescallus princepsque elector  
 10 et Wilhelmus eadem gratia duces Saxonie, lantgravii Thuringie et marchiones Misnenses,  
 nec non fundatores alme universitatis | studii opidi Lipczensis Merseburgensis diocesis,  
 universis et singulis venerabilibus magistris, doctoribus, scolaribus et suppositis memorate  
 alme universitatis tam presentibus quam futuris pacem, gloriam et honorem cum incre-  
 mento prosperitatis. Quia profecto res incompleta fore dinoscitur que non in omnibus  
 15 suis partibus saltem principalibus perfecta, integra et ordinata reperitur, ea propter dili-  
 genti considerationis oculo perpendentes, prefatam almam | universitatem nostram studii  
 Lipczensis non in omnibus facultatibus plene dispositam sed quoad egregiam medicine  
 facultatem propter lectorum carentiam lectionumque defectum per plures iam preteritos  
 annos minus sufficienter fuisse ordinatam, igitur super his et aliis dicte alme universitatis  
 20 necessariis, utilibus et convenientibus ordinationibus, cum reverendo in Christo patre ac  
 domino domino Iohanne dei et apostolice sedis gratia episcopo Merseburgensi, dicti opidi  
 Lipczensis ordinario sepefateque alme universitatis cancellario unico ac principali con-  
 servatore iurium, privilegiorum, libertatum, bonorum et rerum dictorum venerabilium  
 virorum dominorum magistrorum, doctorum et scolarium ipsius alme universitatis a sede  
 25 apostolica specialiter deputato, mature deliberavimus super certis reformationibus pro  
 commodo, incremento et prosperitate eiusdem alme universitatis ac super eo nonnullorum  
 peritorum consiliis requisitis et habitis, tandem cooperante spiritus sancti gratia, de con-  
 silio, consensu et voluntate memorati reverendi in Christo patris episcopi Merseburgensis,  
 cancellarii, conservatoris prememorati una cum certis suis collegis dicte alme universi-  
 30 tatis, pro reformatione sua constitutiones et statuta infrascripta duximus edendas et edenda  
 prout sequitur. Primo statuimus, volumus et ordinamus, ne de cetero prefata facultas  
 in lectoribus deficiet, ut in collegio nostro maiori aput sanctum Nicolaum due collegiature  
 proxime vacantes in perpetuum sint pro duobus valentibus doctoribus in medicinis reser-  
 vate, et quod ad eas assumantur duo medici, non habita distinctione nationum, qui legendo  
 35 singulis diebus perficere poterint ac in ceteris actibus scolasticis in ipsorum facultate  
 utiliter preesse. Debent quoque duo illi medici cum collegiatis ceteris dicti collegii  
 maioris in singulis obventionibus participare si in collegio stare elegerint, alias in solo  
 corpore collegiature debent esse contenti. Item volumus et ordinamus, ut octo collegia-  
 ture in nostro collegio prefato maneant quo ad dispositionem nationum in ordinatione